



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Pvbes Et Pecten

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

GALEOTTI MARTII NARN.

lumbi, uertebræ pubes inferior, & clunes. sunt autem hæc
omnia quadam uicinitate contigua. & cū ipsis clunibus con-
cordare uidentur. M. Manilius.

Libra regit clunes.

PVBES ET PECTEN

Pubes:
Pecten.



VB umbilico ubi pilus fruticatur, dicitur pubes

& pecten. Vergilius tertio Aeneidos,

Et pulchro pectore uirgo.

Pubetenus.

Iuuinalis.

Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Pubes autem & pecten etiam de alijs dicuntur, sed una rati-

one de inferioribus partibus ponit uidentur, quandoquidē

Impubes pubes dicitur barba. Vnde impubes qui adhuc inberbes

Barba sunt. Et barba apud ueteres pectebatur. Persius,

apud ue- Tu cum maxillis balantum gausape pectas

teres pe- ctebatur. Inguinibus, quare detonsus gurgulio extat:

Quo sermone comprehendimus, inguina etiam non radenda
& eodem modo habenda ut olim barba. Ex quo facile co-
gnoscimus pectinem dici, quia ut barba indetonsa, pectine
indiget. Pecten polysemus sermo est. nā & citharae instru-
mentum. Vergilius sexto,

Pecten Iam pectine pulsat eburno.

piscis. Dicitur piscis ob similitudinē formæ. Horati⁹ ij. Sermonū.

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

& hinc Plinius cuniculatum, pectinatum dixit, cū de cōchilijs

Pectere locutus est. Et uerbum pecto notæ significationis. Vergili-
us octa.

us octauo,
Pectebatq; serum puroq; in fonte lauabat.
Et digitis inter se pectine iunctis,
quod est in octauo Metamorphoseon satis intelligitur, pro
insertis, ad similitudinem pectinis dictum. Hæc de thora-
cis parte anteriori dicta sufficient.

SCAPVLAE

 VNC ad posteriora sermo uertatur, ut ordine
suo cuncta procedant. Primam partem thora-
cis in posteriori parte occupant scapulae. & hæ
Scapulae.
quidem mobiles. In senalis,

Quid dicam scapulis seruorum mense decembri,
De his locutus est quæ in seruoru[m] delicto plectunt, cedunt
em ut terga, Plautus in Mustellaria, Meij tergi facio hoc,
non tui fidutia. Et scapulae in tergo sunt, ut inferius docebim-
us. Inter scapulas est uallecula quædam a fine colli incipi-
ens, quam latini interscapilium uocat. Higinus in descripti-
one Vrsæ, in humero claram unā, in pede de posterioribus
nouissimo, duas, in summo interscapilio unam, bene addi-
dit sumnum, quoniam in quolibet membro summum dici
tur & imum, diuerso tamen respectu. Nam cū Persius dixit,
Summosq; pedes attinge manusq;

Interscapiliū.
lum.
Summū
& imū de
quolibet
mēbro di-
cuntur.

extrema intelligendo respexit ad cor. quod quasi radix &
fundamentum hominis est. Sic etiam in Moreto,

Atq; manu summa lachrymantia lumina tersit.

Sed cum Vergilius primo Aeneidos, ait,

Pedes uestis defluxit ad imos,
a capite sumpsit initium. & in Suetonio de naso Augusti le-
g 3 gimus.